



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103122**

§. XIII. Von der Anhaltischen Prætension auf die Graffschafft Ascanien.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52163)

1646.  
Majus.

sen und verlohren, nach viel verfloffenen Jahren wiederum besitzen, genießen und behalten mögen. Weilen aber deren in der unlängst ausgehändigten Duplic mit Nahmen, wie von andern beschehen, nicht gedacht, und in puncto Amnistia & Restitutions Statuum, der Terminus ad Annum 1618. noch zur Zeit nicht beliebet, sondern weiters zurück gezogen, darunter Sie aller zeitlichen Wohlfahrt bereits deſtruiret gewesen, haben Sie befohlen, dessen in Zeiten gute Erinnerung zu thun, und allenthalben in schuldiger Gebühr anzuhalten, es dahin zu richten, und mit Nahmen, zum und in dem Frieden-Schluss bringen zu helfen, damit Ihr Dero geringen Landen, mit aller Gerechtigkeit, wie Sie dieselbig hievor besessen und deren unschuldig entkommen, ruhig gelassen, und Sie auch dessen genießen möchten, was allen andern Evangelischen Churfürsten und Ständen, und dann denen noch ferner in puncto Gravaminum und sonstem gedeyen kan, damit Sie Mittel haben und behalten mögen, der Römisch-Kaiserlichen Majestät und dem Heiligen Römischen Reich, neben Dero Lößlichen Mit-Ständen ihre Schuldigkeit hinwieder zu erweisen.

1646.  
Majus.

An deme geschicht, was die höchste Billigkeit erfordert, und Seiner Durchlaucht werden es zu forderst, gegen Allerhöchſtgedachte Kaiserliche Majestät und das Heilige Reich, mit allerunterthänigsten und gehorsamsten auch schuldigen obliegenden Diensten, und gegen männlichen der Gebühr nach zu verdienen, zu verschulden und zu erkennen, sich geneigt willigst finden lassen, so ich auf empfangenen gnädigsten Befehlig in Zeiten unterthänig und gebühlich erinnern sollen. Verbleibe allezeit

Meiner Großgünstigen Hochgeehrten Herren,

Dienstwilligster

Martinus Milagius.

Osnabrück, den 1. Maji  
1646.

## §. XIII.

Anhaltische  
Prætenſion  
auf die Graff-  
ſchaft Aſca-  
nien, und des-  
wegen publi-  
cites Mani-  
fest.

Was das Fürstliche Haus Anhalt, Friedens-Congress angebracht, ist aus wegen einer, auf die Graffschafft Ascanien gemachten Prætenſion, bey dem Manifest (\*) mehrers zu ersehen:

(\*) Gegen dieses Manifest ist wenige Zeit hernach ein Scriptum ediret worden, unter dem Titel: *Belgis Manifesti Ascantensis, seu Halberſtadensis Ecclesie antiquissima vera relatio, in qua ante multa secula ac temporum curricula Ascantiam titulo Allobii ad eam translatam ac eo tempore semper ad hoc præfens momentum possessam: Anhaltinorum vero Principum Præsentem: Sub- & Obreptitiam, nullas, iniquas ac plane iniquas esse demonstratur. Anno 1646.* Welche Schrift aber in einer andern wiederleget worden, die den Titel fähret: *Prædictæ Anhaltinæ, seu Cellſinorum & Illustriſſimorum Principum Anhaltinorum, Comitum Ascantie, Dynastarum Serueſtanorum & Beruburgensium &c. fides liquidissima in & circa antiquissimum Comitatum Ascantie, representata in Manifesto Ascantensi & ab Ecclesijs cujusdam Anonymi liberata: Accesserunt solennes Præsentationes pro conservandis Principum Anhaltinorum juribus inter uniuersalis Pacis Tractatus publice exhibitæ. Anno 1648.*

## N. I.

Des Anhaltischen Gesandten Memorial an die Reichs-Ständische Gesandten, die Graffschafft Ascanien betreffend.

Des Heiligen Römischen Reichs Fürsten und Stände hochansehnliche Herren Abgesandte,

Hoch- und Wohl-Edle, Gestrenge, Edle, Beste, Hochgelahrte,  
Großgünstige und Hochgeehrte Herren.Dieselbe wollen ab dem kurzen Inhalt des Ascanischen Manifests unbeschwert  
Dritter Theil.

§ 33 2

ver-

N. I.  
Anhaltisches  
Memorial  
wegen der  
Graffschafft  
Ascanien.

1646.  
Majus.

vernehmen, was die gesammte Fürsten zu Anhalt, meine gnädige Fürsten und Herren, wegen Dero uralten Graffschafft Ascanien, vor einen starcken Zuspruch wider das Stifte Halberstadt haben, und wie Thro Thro Fürstliche Gnaden Gnaden gerechteste Sache von langen Zeiten her in terminis mere executivis bestanden und noch bestehet.

1646.  
Majus.

Nun gebühret es sich ohndessen, daß Thro Fürstliche Gnaden Gnaden zu ihrem uralten Patrimonio schleunigst verholffen werden, noch mehr aber will sich das anjeho gebühren, da der Stifte Halberstadt, dem Bericht nach, in die Satisfaction mit eingepflichten, und einem Tertio fürgezogen werden soll.

Ist derowegen an meine Hochgeehrte Herren mein freund-fleißiges Bitten, sie wollen bey Abfassung des Instrumenti Pacis und in Zeiten, durch ihre hoch-vernuñftige Erinnerung es dahin richten, damit hochgedachter meiner gnädigen Fürsten und Herren Graffschafft Ascanien, und was davon dependiret, in die Satisfaction nicht mit eingemenget, sondern davon abge sondert, und dem Fürstlichen Hauße Anhalt allerdings und ohne fernere Verzögerung wiederum eingeräumet werden möge.

Solches erfordert Gott und die heilige Gerechtigkeit, ein unaltes Haus kommt wieder zu dem, was ihm mit so großem Unrechte und Gewalt ist vorenthalten worden, und wird hiedurch wegen der erlittenen unseeligen Krieger-Beschwerden in et was wieder getröstet und ausgerichtet, und um das ganze Römische Reich es hinwieder der Gebühr nach zu verschulden, werden meine gnädige Fürsten und Herren nicht unterlassen, ich aber bin und bleibe

Meiner Großgünstigen Hochgeehrten Herren

dienstergebener

Osnabr. d. 1. Maji,  
1646.

Martinus Milagius.

N. II.

MANIFESTUM ASCANIENSE, seu brevis & summaria relatio, quomodo Illustrissimi Principes ANHALTINI, possessione antiquissimi & per Majores suos, in nonum jam seculum traducti Feudi sui Regalis, Comitatus nimirum ASCANIAE, ab Episcopis & Capitulo Halberstadeni per vim destituti, & quomodo adversus destitutionem & spolum istud, non modo iterata aliquot mandata inhibitoria, revocatoria & restitutoria; verum etiam in Processu Compromissario pro Principibus ANHALTINIS solenne Laudum, sive Sententia restitutoria lata, eademque ab Imperatore tum temporis LUDOVICO BAVARO &c. gloriosissima recordationis confirmata, nec non Executoriales desuper decreta; Ex quo tempore Causa hæc in Imperio famosissima in terminis pura & mera Executionis in hunc usque diem versatur.

N. II.  
Fürstlich Anhaltisches Manifest die Graffschafft Ascanien betreffend.

Inter Feuda Imperii aliaque Regalia, quæ ab Imperio Romano recognoscunt Illustrissimi & Celsissimi Principes Anhaltini, Comites Ascaniæ, Domini Servestæ & Bernburgi &c. est etiam jam inde usque à Caroli Magni temporibus, Vexillare Feudum Ascania sive Ascherleben, ad quod ab ipsis primordiis in hæc usque tempora, multæ urbes, vici, arces, pagi & imprimis ipsa Civitas Ascherleben, aliaque illustria Comitum & Nobilia feuda pertinerunt, quod Feudum Vexillare cum juribus, regalibus & privilegiis compluribus Principes Anhaltini, per longissimam in hunc usque diem per aliquot secula continuatam Imperialium Investiturarum seriem ab Imperio Romano etiamnum recognoscunt & accipiunt.

Nec

1646.  
Majus.

Nec sicco pede prætereundum, quod etiam centenis aliquot ante **CA- 1646.**  
**ROLI MAGNI** tempora annis, cum sua Christo nomina Provincia hæ non-  
dum dedissent, & habitari primum cœpissent, Principum Anhaltinorum  
Majus. Majores ex incluta Urfinorum vel Behringerorum familia, arcem urbem-  
que Ascaniam, vernaculo idiomate *Äschersleben*, & circumfusas terras, tan-  
quam Feudum, ut loquuntur, Solis, hoc est, jure suo proprio & heredi-  
tario, ceu pura Allodia possederint, titulis Dominorum Harcyniæ Ballen-  
stadii & Ascaniæ usi, qui à Saxonum Regibus contra Hermefridum Thu-  
ringiæ Regem, nec non alios exteros Reges cum validis copiis missi, cum  
iisdem aliquot aciebus & præliis decreverunt, quin imo illud etiam obti-  
nuerunt, ut familiæ istius nonnulli, ab Imperatoribus Romanis *Theodosio*  
& *Constante*, Cæsareorum in terris Saxonis & Vandalicis Vicariorum di-  
gnitatibus fuerint maectati.

Ingentis & ultimi prælii, quo cum Saxonibus ad fluvium Hase *Caro-*  
*lus Magnus* dimicavit, cum cognato suo *Witekindo*, moderator fuit *Aribo*  
*Bebringer*, qui victis Saxonibus cum filio *Bebringero* ejusdem nominis tertio  
& *Witekindo*, fugâ in Daniam elapsus, tandem se *Carolo* Imperatori stitit,  
ea tamen conditione, ut terras avitas retinere & tranquillâ possidere per  
Imperatorem liceret. In quam conditionem ut consentiret *Carolus*, *Henrici*  
Comitis Hennebergici, qui gratiâ tum apud Imperatorem pollebat, fecit  
intercessio.

*Aribonis* autem *Bebringeri* filium, ejusdem nominis tertium, Christia-  
nam tum fidem amplexum, e sacro baptismi fonte levavit *Carolus Magnus*,  
ac propterea *Caroli* nomen ei indidit, ipsumque **PRIMUM ASCANIÆ,**  
**HARCYNIAE ET BALLENSTADII COMITEM** salutavit; arcem vero, ur-  
bem & circumjacentem provinciam Ascaniæ, Comitatum & Feudum Vexil-  
lare S. Imperii Romani renunciavit, eodemque *Carolus* suum infeudavit.

Ex eo tempore Comitatus Ascaniensis, alias Ascania sive Ascharia di-  
ctus, in 884. jam annum jus, nomen & dignitatem Comitatus Imperialis &  
Feudi Vexillaris sive Regii, *Einer gefürsteten Graffschafft und Reichs-Fahnen Lehn*,  
in hunc usque diem obtinuit, quod præter documenta Investiturarum Im-  
perialium & historiarum monumenta, ipsum etiam **JUS SAXONICUM** ejus-  
demque **GLOSSA LIB. 3. ART. 62.** abundè testatur, ubi Comitatus Ascaniæ  
die Graffschafft *Äschersleben* inter 7. Feuda Imperii Vexillaria in Saxonia sita,  
diserte numeratur.

Principes quoque Anhaltini aulæ suæ sedem Ascaniam urbem, die *Stadt*  
*Äschersleben*, sæpius delegerunt, quibus etiam dicta urbs *Äschersleben*, item-  
que Municipia *Wegeleben*, *Croppenstedt*, *Cochstedt*, nec non *Ccenobia* & *Cce-*  
*nobiorum villa*, quotquot in urbe & toto Comitatu reperiuntur, tanquam  
Comitibus Ascaniæ fundationes & privilegia sua debent, prout imprimis  
Curie & tribunali Civitatis *Äschersleben*, id prærogativæ & privilegii a Prin-  
cipibus Anhaltinis obtigit, ut aliis dicti Comitatus Civitatibus jus dixerit.

Aliquot illustria insuper Comitum & nobilia Feuda, atque inter ea im-  
primis Comitatus *Hadmarslebiensis* & *Croppenstetensis* suam à Comitatu  
Ascaniæ habent dependentiam, utpote a Principibus Anhaltinis & Comiti-  
bus Ascaniæ tanquam Dominis directis, aliis Comitibus & Vasallis, Feudi  
jure collata ab iisdemque recognita.

Nec obliterandum, quod **INSIGNIA** etiam **ANHALTINA CUM**  
**ASCANIENSIBUS** in hunc usque diem in Civitatibus *Äschersleben* & *Wege-*  
*leben* portis, Curis, templis & vexillis publicis publice conspician-  
tur, & Principes Anhaltini Comitum Ascaniæ insignibus etiamnum utan-  
tur, Comites Ascaniæ intra & extra Imperium audiant & saluentur, atque  
ab Imperatoribus Romanis ut Comites Ascaniæ investiantur, prout hæc  
omnia,

1646. omnia, præter veterum historiarum & Investiturarum Imperialium monu-  
Majus. menta, vocemque & famam communem, ipsius ocularis inspectionis evi-  
dentia abunde testatur.

Anno circiter 1288. Principum Anhaltinorum Principatus, Comitatus & Dynastia inter illustrissima familiae capita ita fuere distributa, ut Principi *Ottoni* pro prima parte cesserit Harcynia cum Voigteia Gernroda; totusque Comitatus Ascaniensis cum civitate *Aschersleben*, omnibusque aliis pertinentiis, prout in literis Investiturae aliisque documentis specificantur, usque ad *Frevelum*, id est, locum iustitiae prope *Halberstad*.

Pro secunda parte, Principi *Bernbarde*, *Ottonis* fratre, Dynastia *Bernburgensis* cum pertinentibus Dominiis & juribus obtigit.

Pro tertia vero parte *Sigefridus*, Principis *Ottonis* frater, a quo *Serveftana* & *Deffaensis* linea descendunt, eodemque defuncto ejus filius *Albertus* Dynastiam *Serveftanam*, *Deffaensem* & *Cothoniensem* retinuit, ita tamen, ut inter dividentes, non solum tituli & insignia, verum etiam jus avitum, simultanea Investiturae, iuraque successionis mutua manserint communia.

Anno 1315. Principis *Ottonis Senioris* filio *Ottone Juniore* fatis sine masculo herede functo, Comitatus *Ascaniensis* cum omnibus suis pertinentiis ad Principem *Bernbardum*, cujus aulae sedes inclutum tum *Bernburgum* erat, tanquam feudi communis & toti familiae concessi Curatorem, proximumque Agnatum jure hereditario devolutus est, qui etiam omnes ab *Ottone* relictas Dynastias cum civitate *Aschersleben* occupavit, easdemque in feudum ab Imperatore, tum temporis *LUDOVICO* recognovit & accepit, simultaneam Investituram apud eundem Imperatorem, *Alberto* & *Woldemaro*, Principibus *Anhaltinis*, qui *Serveftam* & *Deffaviam* tum tenebant, legitime renovantibus, a quibus Illustrissimi Principes *Anhaltini*, quos modo superstites habet Imperium, sanguinem & familiam ducunt.

Quia vero, defuncto *Ottone*, ejusdem Vidua, arcem aliaque bona *Ascaniensia* dotalitii jure tum temporis tenebat, Princeps *Bernhardus* suo quidem jure illam frui facile passus est: nihilominus tamen Civitas *Aschersleben* sive *Ascania*, ut & pertinentes ad Comitatum *Ascaniensem* Comites, Dynastia & Vassalli, Principi *Bernbarde* homagia & fidelitatis juramenta praestiterunt, ab eodemque Comitatus, Dynastias & Feuda sua recognoverunt.

Ea tempestate, cum Princeps quidam *Anhaltinus*, *Albertus*, *Bernhardi* Principis frater, consentientibus Capitularium suffragii Episcopus *Halberstaden* electus esset, jus quoddam in Comitatum *Ascania* pretendere exinde *Halberstaden*es primum ceperunt, cumque astu & ope dictae *Viduae Ottonis* frustra moliti multa essent, vi tandem arcem & Civitatem *Aschersleben*ensem invaserunt, quae dissidii inter *Bernhardum* Principem & fratrem Episcopum varii causa extitit.

Equidem litem hanc amica transactione Episcopus *Albertus* Anno 1316. *Quedlinburgi* componere, remque eo perducere laboravit, ut arcem & civitatem *Aschersleben*, a Capitulo *Halberstaden*si feudi jure recognoscere *Bernhardus*, idque datis & acceptis Investiturae literis utrinque firmaretur. Verum *Bernhardus* in praedictum Vexillaris Imperii Feudi, nec non in fraudem & praedictum Agnatorum suorum ab Imperio Romano simultaneo investitorum in ejusmodi Capitularem Feudi recognitionem consentire nec potuit nec voluit, cum ex Jure & Constitutione Aureae Bullae, tanquam Fundamentalis Imperii Legis, Investitura & collatio Feudorum Imperii Vexillarium, der *Jahnen-Lehn*, soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter sit reservata. Aurea Bull. tit. de Jure Comit. Palat. & Duc. Saxon. 5. Verum

1646. rum Anno 1318. Investituram ab Imperatore LUDOVICO, quemadmodum 1646.  
Majus. eandem Otto defunctus antè obtinuerat, recognovit & accepit: unde inter Majus.  
fratres diffidium recrudit, ut etiam in bellum tandem eruperit.

Sed cum illo ipso anno Princeps *Bernhardus* decessisset, heredem omnium suarum Dynastiarum & bonorum reliquit filium *Bernbardum* ejus nominis tertium, qui *Spoliari* cognomen apud Historicos invenit.

Anno postmodum 1322. die Lunæ a Pentecostali hebdomade proximo, sapius dicta *Otonis* Vidua, *Elisabetha*, per secunda vota Comiti *Friderico* ab Orlamunde nupta, cum dotalitio suo valedixisset, Ascianenses ad Episcopum & Capitulum Halberstadenſe remisit, prorsus nulliter, contra omnem equitatem, rationem & jura scripta, imprimis contra textum expressum in L. 20. Cod. de Legat. quæ in terminis terminantibus ita pronunciat:

*Uxor patris tui, si testata decesserit, res tuas, tantum usum fructum earum habens, legare non potuit.*

Anno 1323. Princeps *Bernhardus* tertius apud Imperatorum LUDOVICUM de hoc spolio graviter conquestus, Cæsareæ ipsius Majestati humilime exposuit, quod Principes Anhaltini, Comitatum Ascaniæ cum omnibus suis pertinentiis per aliquot seculorum decursum ab Imperio Romano in Feudum recognoverint, quodque eundem a Majoribus suis jam inde ab ipsis primordiis, cum primum hæc terræ habitari cœperunt, hereditario jure in se transmissum, ab Imperatoribus Romanis continua & nunquam interrupta serie in Feudum Imperii Vexillare acceperint.

Causæ justitiæ & evidentiæ cum intellexisset Imperator, Principi *Bernardo* Norimbergæ, non solum Patrimonium, spolio extortum, rurſus addixit, ac de bonis spoliatis ac toto Comitatu Ascaniensi ipsum investivit, verum etiam Ascianenses ab Episcopatu Halberstadenſi edicto retraxit, omnesque præterea Comites, Dynastas, Nobiles & Equites tum temporis Illustrissimæ Domus Anhaltinæ Vassallos ad Principem *Bernbardum* Spoliatarum denuo remisit, cum severissima hæc prohibitione, ne à quoquam alio, quam a Principe *Bernardo* dependeant, Investituras suas ab ipso solo recognoscant & accipiant, ipsique soli debita subjectionis & fidelitatis homagia & juramenta præstent, cum aliis multis prægnantibus & salutaribus clausulis & suppletionem omnium defectuum tam juris quam facti.

Huic Cæsareo Mandato obsecuti Comites & Dynasta multi, *Bernardo* Principi subinde se stiterunt, ab eoque Feuda sua diversis locis acceperunt. Quin & ipse Episcopus Halberstadenſis *Albertus*, *Bernhardi* Principis patruus, pluribus investiturarum actibus absque ulla contradictione præfens interfuit; imprimis autem, cum Nobilis Dynasta ab *Hadmersleben* à Principe *Bernardo* Comitatum *Croppenstedenſem* in feudum accepisset, quem Comitatum tamen postmodum Episcopatus Halberstadenſis etiam invasit, & Principibus Anhaltinis per vim atque injuriam ereptum adhuc detinet.

Defuncto postmodum *Alberto* Episcopo, cum Capitulum Halberstadenſe, bona jam antè spoliata & restituta occupasset, & Episcopum sibi *Albertum* Ducem Brunsvicensem & Lunæburgensem tanquam potentiorē elegisset, ad repetitas in Aula Cæsareâ querelas Principis BERNHARDI SPOLIATI, non modo superius memorata mandata inhibitoria, revocatoria & restitutoria contra Episcopum Halberstadenſem & Oppidum *Asehersleben* ex Aula Imperatoria denuo emanarunt, verum etiam aliquoties repetita sunt, quibus tamen omnibus, tantum adest, ut paritum ab Episcopo &

1646.  
Majus.

& Capitulo Halberstadenſi fuerit, ut partes etiam ad diffidationem denuo proceſſerint, quæ tamen paulo poſt ſopita eſt, ita nimirum, ut cauſam per viam Compromiſſi terminare inter partes convenerit, in quo Proceſſu Compromiſſario per *Ottonem* Archiepiſcopum olim Magdeburgenſem, tanquam electum a partibus Iudicem Compromiſſarium, Laudum ſive ſententia reſtitutoria pro Principe *Bernhardo Spoliato* lata eſt, in qua pronuntiatur, quod Epicoſopus & Capitulum Halberſtadenſe illum per injuriam ſpoliaverint, ac proinde cum omni cauſa reſtituere teneantur.

Sententiam illam reſtitutoriam, ſive, ut vocatur, *Laudum Ottonicum* Imperator LUDOVICUS non modo confirmavit, verum etiam poſtmodum Anno 1340. Executorialibus Cæſareis roboravit, miſſo videlicet in Anhaltinatum & Comitatum Aſcaniæ, Executore Cæſareo *Ulrico de Webenburg*, Vaſallo Imperii, cum Mandato & Plenipotentiâ Cæſarea, ut Principem *Bernhardum* in omnia illa bona, de quibus Cæſarea Majeſtas ipſum inveſtivit, & quæ ad ipſius Principatum & Feuda Regalia pertinent, plene reſtitueret, non ſecus ac ſi Cæſarea Sua Majeſtas ipſamet præſens eſſet, ac ſecundum tenorem ſententiæ ab Archiepiſcopo Magdeburgenſi *Ottone* pronuntiata. Atque hæc omnia quidem ſub illa clauſula, quod ſi quis forſitan dictum Executorem Imperatorium in commiſſa ſibi executione impedire conetur, iſciat, ſe tanquam refractarium Cæſaræ Majeſtatis & Imperii condignam animadverſionem & indignationem Cæſaræam incurſurum, de dato *Frankfurt d. Lunæ* poſt S. Barthol. Anno 1340.

Commiſſioni illi Cæſaræ, pro faciendâ executione *Laudi Ottonici*, annexa ſimul fuerunt mandata revocatoria ad omnes Judices ſeculares, Sculteros, alioſque Præfectos Principatus Anhaltini & Comitatus Aſcaniæ, ut ad proclama ſeu citationem Principis *Bernhardi*, iudicio frequentes compareant, officio ſuo fungantur, & una cum Executore ſeu Commiſſario Cæſaris, *Ulrico de Webenburg*, Principem *Bernhardum* poſſeſſioni & guarandæ bonorum ſpoliatorum reſtituant, & Epicoſopo Halberſtadenſi judicialiter denuncient, ut manum a bonis illis abſtineat, ſiquidem Cæſarea Sua Majeſtas nihil quidquam juris in bonis illis ipſi conſiteatur; ſub eodem dato.

Quamvis autem Cæſareus Executor per potentiam partis adverſæ, collecta ab eadem armata manu, impeditus fuerit, quo minus *Bernhardum* Spoliatum Principem Anhaltinum & Comitem Aſcaniæ, in realem poſſeſſionem bonorum ſpoliatorum ipſo actu & realiter reſtituere potuerit, tamen eundem pro tribunali judicialiter, præſente tum temporis Electore Saxonie Duce *Rudolpho*, ejuſdemque filio Duce itidem *Rudolpho*, nec non Comite *Alberto*, Principe Anhaltino, multisque aliis Comitibus & Nobilibus Dominis, in ſcriptis immiſit, ipſumque in omnia ſpoliata bona, prout ea in documento factæ executionis & immiſſionis verbotenus ſpecificantur, nomine & loco Cæſaræ Majeſtatis reſtituit. Realem autem ſive actualem poſſeſſionem & guarandam, quamvis urgendo, inſtando, ſollicitando, nulli labori, nulli diligentie, nullis ſumptibus pepercerint Principum Anhaltinorum Majores, tamen eandem, tum propter potentiam partis adverſæ, quæ ſubinde potentiſſimos quoſque in Epicoſpos ſibi poſtulavit & elegit, tum propter turbas ſubinde in Imperio exortas, tum propter alia impedimenta & emergentia in hanc uſque horam recuperare nondum potuerunt, quamvis nihilominus civilem poſſeſſionem ſubinde atque indefinenter abſque ulla interruptione, animo retinuerint, dum Inveſtituræ Regalis renovationem non ſolum ſingulis & quibuſcunque caſibus debito modo petierunt & ab omnibus Imperatoribus continua & nunquam interrupta ſerie in hunc uſque diem obtinuerunt, nominibus, titulis atque inſignibus Comitum Aſcaniæ indefinenter uſi, quibus etiam totum Imperium omnesque  
ejus

1646. *Majus.* eius Electores, Principes & Status, quin ipsi etiam Episcopi & Capitulum Halberstadenſe Principes Anhaltinos a multis jam ſeculis ſubinde maſtavit, atque etiam nunc maſtat. 1646. *Majus.*

Quid? quod etiam realis ſive actualis poſſeſſionis recuperationem in omnibus ſere ac ſingulis Inveſtiturarum renovationibus, nec non in aliquot Imperii Comitibus, prout ratio Status & temporum e re nata tulit, Principes Anhaltini, eorundemque Majores ſemper ac ſubinde quam diligentiffime ſollicitarint, juraque ſua & competentiam inclutæ Domûs Anhaltinæ quibuſcunque occaſionibus per neceſſarias proteſtationes, contra-dictiones, reſervationes, aliasque cautelas juris ſui conſervatorias, omni meliori modo in tuto ſemper reſervarint uſque dum: & quoniam hæc omnia tamen exoptatiſſimum illum recuperandæ realis poſſeſſionis effectum pro-ducere non potuerunt, MAXIMILIANUS quondam I. glorioſiſſimæ re-cordationis, pro conſervatione non ſolum Imperii Romani Juris & Domi-nii directi in Feudo Imperii tam antiquo & Regali, verum etiam Juris & Domini Principum Anhaltinorum utilis, eorundem Majoribus in Anno 1495. ſuperius memorata Imperatoris LUDOVICI reſcripta, acta, man-data, revocatoria & executoriales ex certa ſcientia & deliberato conſilio in omnibus ac ſingulis ſuis punctis, articulis, tenore, ſenſu & contentis, prout de verbo ad verbum ſonant, Imperiali auctoritate benigniſſime renovavit, confirmavit, roboravit, ac præterea, ſi fortean per temporis diuturnita-tem ulla aliqua præſcriptio proceſſiſſet, vel etiam Majores Principum Anhaltinorum, per taciturnitatem, ſilencium, vel quemcunque alium modum quidpiam neglexiſſent, adverſus illa omnia eodem in integrum reſtituit, & quocunque modo neglecta redintegavit, in eumque ſtatum illos repo-ſuit ac ſi prælibata Imperatoris LUDOVICI reſcripta, mandata & execu-toriales ab ipſa Cæſarea Majeſtate Sua, ſub ſuo nomine ſuoque mandato emanaiſſent, adjecta inſuper peculiari illa gratia & Privilegio Imperiali, quod deinceps nulla præſcriptio, nec diuturnitas temporis inclutæ Domui Anhaltinæ in hac cauſa quidquam præjudicare debeat, atque etiamſi vel ex tunc vel futuris temporibus Episcopus & Capitulum Halberſtadenſe, vel etiam Senatus & Communitas Aſcanienſis vel quiſquam alius, intra vel extra limites juris præſumere præſumant, ac ſi prædicta gratia, reſtitutio & Privilegium Imperiale in ipſorum præjudicium, ipſis non auditis, im-petrata extractave eſſent, quod tamen talis prætenſio ipſos nihil juvare, nec inclutæ Domui Anhaltinæ ejuſdemque heredibus ac poſteris quidquam de-rogare vel præjudicare debeat vel poſſit ullo modo: attento, quod Cæſarea Majeſtas iſta omnia ex vera, certa & fundamentali ſcientia & informatio-ne ſtatuerit, & vigore iſtarum literarum ſtatuat, omnia & ſingula ex ple-nitudine poteſtatis Cæſaræ, motu proprio & ex certa ſcientia.

Quam reſpective Imperialem confirmationem, reſtitutionem & privi-legium deinceps a MAXIMILIANO I. omnes ac ſinguli ſubſequentes Re-ges & Imperatores Romani in hunc uſque diem benigniſſime renovârunt, & ſub prægnantiſſimis clauſulis confirmârunt, quæ omnia notabilem hunc effectum producent & operantur, ut cauſam illam Aſcanienſem in hanc uſque horam in terminis puræ ac mæ Executionis conſervârint, quoniam ſubſequentes omnes Imperatores pro conſervando non ſolum Principum Anhaltinorum jure & Dominio utili, verum ipſius etiam Imperii Jure Re-gio & Dominio directo, Imperatoris LUDOVICI reſcripta, mandata, execu-toriales ita confirmârunt & renovârunt, ac ſi ab ipſiſmet decretæ, ſub pro-priis ipſorum nominibus & ad mandata ſua propria emanaiſſent, & quidem ſub prægnantiſſimis illis clauſulis, non obſtante ulla aliqua præſcriptio-ne præterita vel futura, nihil etiam remorantibus partis adverſæ prætenſio-nibus, cum omnia ex certa, verâ & fundamentali inquisitione atque infor-matio-

Dritter Theil.

Et

matio-



1646. matione ex plenitudine potestatis Cæsareæ, motu proprio & certa scientia  
 Majus. profluxerint. 1646. Majus.

Quoniam autem post impetratam modo dictam confirmationem, restitutionem & privilegium Imperiale, Principes Anhaltini eorundemque Majores iterum nihil quidquam sollicitudinis, diligentiae, studii, opera intermiserint, nullisque sumptibus pepercerint, ut realem possessionem & guarandam spoliatorum Comitatus Ascaniensis bonorum & pertinentiarum recuperarent, tamen ob potentiam & favorem partis adversæ, juris & voti sui compotes cum effectu fieri in hanc usque horam nondum poterunt.

Quia vero nihil æquius, nihil juri & justitiæ ipsiusque rectæ rationis dictamini magis consentaneum, quam ut suum cuique tribuatur, & rebus ac bonis quisque suis cum effectu potiatur, res judicatæ inviolabiliter & sanctè custodiantur & reali executione firmentur, Imperiales etiam & Regiæ per continuam & nunquam interruptam Imperatorum seriem in hunc usque diem continuatæ Investituræ ejus sint effectus atque operationis, ut taliter investito licentiam & facultatem possessionis etiam propriâ auctoritate apprehendendæ præsent, ac præterea naturæ & omnium gentium jure introductum, & in primis S. Romani Imperii Constitutionibus cautum firmatumque sit, ut possessione sua vi dejectis omni studio & ope succurratur verisque Dominis ablata restituantur: Quam in æquitatem, exemplo laudatissimorum Antecessorum, hodieque Cæsarea inclinât Majestas, tanquam tutissimus naufragorum portus oppressorumque refugium: Inclinant S. Imperii Electores, Principes & Ordines, tanquam ejusdem corporis membra, quæ mutuam sibi defensionem & conservationem etiam per naturæ legem debent: Neque minus inclinant Serenissimi & Potentissimi Reges, Principes & Magistratus exteri, qui ut Regna, Principatus & Respublicas justitiâ stabiliri non ignorant, & hujus se præsidio fortissime & felicissime in hunc usque diem tutantur, ita præter merita afflictis oppressisque opem ferre, laudi sibi gloriæque ducunt, & illam naturæ implantatam regulam: Quod tibi vis fieri, alteri quoque feceris, suis comprobant suffragiis.

Idcirco Principes Anhaltini Sacram Cæsaream Majestatem cum primis, tum & quoscunque alios intra & extra Imperium Christiani nominis Reges, Electores, Principes, Ordines, Status & Respublicas, ea, qua par est, devotione & respectu decenter implorant, ut 1) Spolii ac detentionis Halberstadensis iniquitatem & injustitiam notoriam; 2) Super eadem pronunciarum ab electis arbitris & Ottone Laudo sive sententiam restitutoriam; 3) Super Laudo illo Ottonico decretas & in hunc usque diem confirmatas Executoriales Cæsareas, immisiones, investturas, retentam possessionem civilem, mandata, denunciations, decreta, restitutiones & Privilegia Cæsarea, irretortis in justitiam & notorietatem hujus causæ oculis, secundum ea, quæ in hoc Manifesto brevissime quidem, verissime tamen deducta sunt, intueri, & Sacra quidem Cæsarea Majestas, Jussum suum Cæsareum, cæteri vero Reges, Electores, Ordines, Status & Respublicæ suas recommendationes, studia, vota atque suffragia eò velint dirigere, quò dictus Comitatus Ascaniensis cum omnibus & quibuscunque suis pertinentiis, tanquam antiquissimum Imperii Feudum Vexillare, in Principes Anhaltinos per Majores suos in nonum jam seculum traductitium, ipsis tanquam veris Dominis & Vafallis Imperii, cum effectu & plenissime restituatur, atque ad recuperationem actualis possessionis ipsis clementissime, benevolè & amicè citra ulteriorem moram subveniat, nec non Senatus & Communitas Ascaniensis, cum omnibus Vafallis, subditis & incolis dicti Comitatus ad debitam fidem, subjectionem & obsequia Principibus Anhaltinis, tanquam

1646.  
Majus.

quam veris suis Dominis præstanda remittatur, ac, si forte opus fuerit, compellatur, adeoque Principes Anhaltini, quorum fides & obsequium Romano Imperio à multis jam seculis abundè probatum, & historiæ monumentis commendatum, per vim ereptum & per tot jam secula inique derentum Alcaniæ Comitatum, quasi prima Anhaltinæ Domus incunabula recuperent, & deinceps tranquille sub Sacræ Cæsareæ Majestatis & totius Imperii Romani clypeo possideant.

Atque huc S. Cæsaream Majestatem & quoscunque Christiani nominis Reges, Electores, Principes, reliquosque Ordines, Status & Respublicas tanto magis inclinatum iri, supradicti Principes Anhaltini confidunt: postquam pertinacissimo & calamitosissimo hoc Germaniæ bello totus Anhaltinus Principatus, per viginti jam annos, imprimis autem superiori anno, quo validissimi duo exercitus intra viscera ejus, per integros ferè quatuor menses, se obsederunt, continuis militum exactionibus, contributionibus, hospitiationibus, depredationibus & incendiis ita funestatus vastatusque est, ut plane miserabilis maxima pars modò sit facies, & obscura plerorumque pagorum extent vestigia, incolarum pluribus dilapsis, reliquis intra oppida partim misère dilacerata compulsis, & ad summam paupertatem redactis: quin & ipsis antiquissima Familia Principibus nullo ferè alio solatio præter memoriam nominis, dignitatis atque jurium avitorum relicto & superstite.

Quæ petita sunt hactenus, prout ipsius naturalis æquitatis & communis omnium, quæ recta ratione ducuntur, gentium consensus, bonæ fidei, conscientiæ, juris scripti, ipsius denique moralis ac divinæ justitiæ solidissimo atque indissolubili fundamento nituntur: ita apud Cæsaream Majestatem, & quoscunque alios Christiani nominis Reges, Electores, Principes & Respublicas benevolas sibi aures & manus, Principes Anhaltini plenâ fiducia pollicentur, sequè vicissim ad quævis officiorum & gratitudinis redhostimenta promotos ac paratos offerunt.

## §. XIV.

Erz-Bischoff-  
lich-Magde-  
burgische Vor-  
stellung gegen  
die Branden-  
burgische Alim-  
ent-Gelder.

Obwohl die Stände sich vor dem Marggraff CHRISTIAN WILHELM zu Brandenburg nachdrücklich interessiret, daß Ihme gewisse jährliche Alimment-Gelder aus dem Erz-Stift Magdeburg ad dies vitæ gereicht werden sollten, deswegen selbige unterm 12. April a. c. ein Schreiben an Herzog Augustum zu Magdeburg abgehen lassen; so wollte sich doch dieser keines weges dazu verstehen, sondern gab in folgendem ausführlichen

Antwort-Schreiben sub N. I. seine Ursachen in contrarium zu erkennen; auf welcher Meynung noch ferner nachhero Innhalt N. II. beharret wurde, als die Evangelischen Stände gleichwohl in ihren, dem Grafen von Trautmansdorff ausgehändigten Vorschlägen in puncto Gravaminum, bey dem 9ten Articul die Reichung solcher Alimment-Gelder wiederholet hatten.

## N. I.

Ihro Erz-Bischofflichen Durchlaucht zu Magdeburg Schreiben an Churfürsten und Stände Abgesandten zu Münster, die Alimentations-Gelder für den Marggrafen Christian Wilhelm zu Brandenburg ic. aus dem Erz-Stift Magdeburg, betreffend.

Von Gottes Gnaden AUGUSTUS &c.

Unsere freundliche Dienste, und was wir mehr Liebes und Gutes vermögen, auch günstigen Gruß und wohl-affectionirten Willen zuvor. Hoch-würdige und  
Dritter Theil. Wohl.

Et a

N. I.

Erz-Bischoff-  
liches Schrei-  
ben die Bran-  
denburgische  
Aliment-  
Gelder be-  
treffend.